



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lilivm Inter Spinæ**

**Sterre, Jean Chrysostome van der  
Antverpiæ, 1627**

Cap. XXVII. Ab immoderato languore ope Sanctissimæ Virginis rereuatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43032**

ximè cùm non deest nobis voluntatis bonitas) benè vti; qui etiam malitia diabolica pro sua benè vtitur voluntate.

## C A P V T X X V I I .

*Ab immoderato languore ope Sanctissime Virginis releuatur.*

**A**CCIDIT itaque, cùm quadam die acriùs torqueretur, multorum illum Sanctorum suffragia implorare: sed ex hoc nihil fuit remedij consecutus; puto, vt per illam dulciùs solaretur, cui se specialiter deuouerat specialem; imò magis, quę illum sibi specialiter adoptauerat specialem. Igitur cùm ante maius Altare tortus infirmusque veniret, vidi super Altare residentem Feminam gloriosam: quam non agnoscens, & putans aliquam esse mortalium, cœpit non modicè indignari super tanta præsumptione temerariæ mulieris. Illa vero se Fideli suo

*Videt in  
summo Al-  
tari Virgi-  
nem bea-  
tam que-  
cum sanat.*

ORDINIS PRAEMONST. 85  
suo reuelans, vocauit eum ad se, di-  
cens: Si me, sicut Sanctos alios, inuo-  
casses, te fortassis à tua infirmitate cu-  
rassem. At ille, ut Dominam, quæ se  
iam per aliquod tempus à sua absen-  
tauerat præsentia, recognouit, procidit  
ante illam, & remedium postulauit.  
Illa verò dicente, Ecce, iam sanus es;  
ab illo immoderato languore releua-  
tus est: consueta tamen infirmitate  
manente, quam, ob custodiam humi-  
litatis, à Magistro humilitatis accepit;  
& quæ solius mortis remedio fuerat  
terminanda.

### C A P V T   XXVIII.

*Sub Festa maiora grauius affligi solet; ac mi-  
rū in modū diuinitus semel confortatur.*

**N**ON NVMQVAM tamen nouimus  
accidisse, quòd ad tempus ali-  
quod mirabiliter curabatur; elapoqué  
tempore ad feliciorem consuetudinem  
suam, & ad panem quotidianum

F 3 eden-